

mun. c. 20. n. 309 cum aliis, Petr. Gregor. sup. lib. 3. c. 21. n. 4. latissime Delbene dub. 35. ubi qui eas penas incurrant; Et quando, & ad quid Judex extrahendo teneatur in foro conscientiae? docent Delbene dub. 34. ex n. 7. Suar. sup. n. 15. De hujusmodi pœnis sunt jura, tam civilia, quam canonica. c. quisquis, c. sequis contumax. 17. q. 4. Trident. sess. 25. de reformat. c. 20. Bulla præcitata Greg. XI V. l. 2. & ibi Glos. præfenti C. de iis q. ad Eccles. confug. l. 4. tit. 1. p. 1. l. 4. tit. 2. lib. 1. Recop.

Ibi: Quod & edito Regio.

Hoc habetur in l. 6. tit. 4. lib. 1. Recopil. à nostris Principibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha constitutum.

237 Pro coronide autem non gravabor, quædam circa materiam hujus capituli dubia valde necessaria, ac scitu digna; quasi currenti calamo resolvere. Primo dubitatur, quis sit Judex competens, cum controversatur, an reus gaudere debeat immunitate? Et ad Judicem Ecclesiasticum cognitionem pertinere, dicendum est eum Farin. de Immunit. c. ult. n. 366. 367. Pellizzar. n. 40. Guttier. præf. lib. 3. q. 1. n. 5. Anastal. Germ. de sacror. immunit. lib. 3. c. 16. n. 2. 1. Barbol. d. c. 3. n. 155. cum seqq. Bobadill. lib. 2. c. 17. n. 154. Guazzin. c. 31. n. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 13. n. 96. Dian. part. 4. tract. 1. resol. 49. Delbene dub. 41. ubi plures alii. Quod intelligas privatim quoad Judices seculares, imò post Gregorianam constitutionem solum spectat ad Episcopum cognitio super immunitate, ibi: Nisi cognitio prius per Episcopum, vel ab eo deputatum, an delinquentes verè crimina excepta commiserint, licet Judicem secularem etiam competentem esse opinentur Pereir. de man. Reg. p. 2. c. 16. n. 12. Paz d. §. 3. n. 8. & alii apud Germon. Dian. & Delbene. Apud nos de hujusmodi causis cognoscitur in supremis Regiis tribunalibus, ad quæ per viam violentiæ adversus sententias Ecclesiasticorum deferuntur, de quo D. Salgad. de protect. Reg. Cevald. de cognit. per viam violen. & praxim tradit Paz n. 182. 183.

238 Secundo dubitatur, quis potest concedere facultatem evellendi reos ab Ecclesia, qui de jure gaudere debent immunitate? Quod Pontifici duntaxat permillum esse, resolvendum est. Guazzin. c. 31. n. 1. Decian. lib. 6. c. 27. n. 4. Delbene dub. 26. n. 5.


Tertio dubitatur, quid juris, si delinquens affirmet, se à loco sacro extractum, satellites verò negent? Respon-

dent, satellitibus non esse credendum, Dec. d. lib. 6. c. 29. n. 10. Guaz. c. 37. n. 78. Mar. Ital. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 98. Farin. de Immunit. c. 2. n. 54. Tusch. lit. E, conclus. 10. n. 17. Sed oppositum probat Bajard. ad Clar. d. q. 30. n. 24. Placet autem hoc arbitrio Judicis decernendum, inspecta qualitate satellitum, aliisque circumstantiis, ut Bonacin. d. punct. 16. §. 3. n. 15. Peregr. de immunit. c. 13. n. 16. consentit Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 112. à n. 18. qui generaliter docet, Judicis arbitrio relinqui, an nuncio in pertinentibus ad ejus officium credendum sit. Sed in praxi observatur Bajardi sententia.

Quarto dubitatur, num Oratoria immunitate gaudeant? Et quando autoritate Episcopi constructa sunt, immunitatem habent: secus si absque ea facta sint, Delbene dub. 9. sect. 12. ubi plurimi, Farin. de Immunit. c. 17. n. 267. Suar. sup. c. 9. n. 10. Clar. d. q. 30. n. 7. Guazzin. c. 37. n. 30. Pellizzar. n. 5. Aliud dicendum videtur de cancellis, qui affixi sunt intus parietibus Ecclesiæ, vulgo Tribunas, nam cum intra locum sacrum sint, licet privatis domiciliis adhæreant, qui in illis extiterit, extrahi nequibus ut colligitur ex dictis supra, n. 39. cum seqq.

Quinto dubitatur de confugientibus ad palatia supremorum Principum: quos tutos esse compertum est, Petr. Greg. n. 16. ubi exempla refert, Delbene sect. 15. n. 2. vers. Hinc sequitur, Sanch. cons. mor. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2. in fin. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. n. 4. Paz d. §. 3. n. 52. Bobad. ubi proxime, n. 13. Eodem privilegio præfulgent domus Legatorum, sive Oratorum qui supremos Principes repræsentant. Delbene supra, Bobadill. nu. 11. Cur. Philip. n. 5. Quæ immunitas, cum sit profana, potest per Principem secularem non recognoscens Superiorem, privatorum domibus concedi, Dec. dist. lib. 6. c. 25. n. 16. Bobadill. ubi proxime, c. 37. n. 27.

240 Sexto dubitatur, an Judex, qui non legitime reum ab Ecclesia evellit, teneatur illum eidem Ecclesiæ restituere; vel satis sit, si alteri cuilibet reddatur delinquens? Et affirmativè respondendum est satisfacere, reum constituendo in quocunque loco sacro, nisi ejus vel Ecclesiæ spoliata intersit, quod restituito eidem loco fiat; de quo Farin. de Immunit. c. 2. n. 48. Delbene dub. 33. à n. 12. Bonacin. in summ. tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 3. n. 14. Bobadill. d. c. 14. n. 98. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 27. quorum aliqui asserunt, restitutionem fieri posse Episcopo, vel ejus Vicario, qui Ecclesiam repræsentat; Delbene, & Dian. supra.



INDEX LOCUPLETISSIMUS OMNIUM, QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Primus numerus Librum, Secundus Caput, Tertius marginalem numerum indicat.



ABBAS non exemptus nequit bona immobilia, vel mobilia pretiosa alienare absque Episcopi consensu, lib. 1. cap. 3. n. 46.
Exemptus etiam prohibetur alienare ea bona sine assensu Pontificis, ubi recepta est extravag. Ambitiosè, ibid. n. 48.
Abbas quos, & quibus Ordines Ecclesiasticos conferat, lib. 1. 10. 36. cum seqq.
Abbas an possit Religiosos in obsequio dare, lib. 2. c. 1. n. 11.
Abigei pro primo delicto capitis pœnas sustinent, lib. 2. c. 1. n. 74.
Absolvendi Sacramentaliter potestas in articulo mortis competit cuilibet Sacerdoti de jure Ecclesiastico tantum, lib. 1. 10. 44.
Absolvere à peccatis mortalibus jam antea ritè confessis quilibet Sacerdos, etiam hæreticus, vel degradatus potest, ibid. n. 45.
Absolutus semel in judicio, iterum vexandus, non est, lib. 2. 10. 2.
Legitimè absolutus innocens præsumitur, ibid.
Absolutus ab observatione judicij denuò accusari potest, ibid. n. 8.
Absolutus ab objectis ad ejus electionem irritandam, nequit super eisdem amplius molestari, ibid. n. 5.
Idem est de absoluto ab actione populari, ibid.
Absolutus à crimine per dispensationem de eo accusari non potest, ibid. n. 18.
Secus est si sacramentaliter absolvatur, n. 21. 22.
Absolutus à Judice procedente per viam inquisitionis accusari de eodem delicto nequit, ibid. n. 26.
Aliud erit si crimen per exceptionem sit objectum, n. 27.
Limitatur, n. 28.
Absolutus ob juramentum à se præstitum, iterum accusari de eodem scelere prohibetur, ibid. n. 33.
Abstractione uti licet, tam in judicio, quam extra, quoties adest justa causa celandi veritatem, lib. 1. 2. 20.
Abstractione non excusatur perjurium, si causa justa deficiat ad non detegendam veritatem, ibid. n. 45.
Accusatore non probante, quomodo reus sit absolvendus, lib. 1. c. 1. n. 27.
Accusatus, vel denunciatus de crimine, ad Ecclesiasticam dignitatem eligi prohibetur, lib. 1. 16. 70.
Fallit, si notoriè sit innocens, ibidem.
Accusatus quibus de causis absolvitur, lib. 2. 10. 6.
Accusationem repetere quandiu liceat, ibid. n. 9. potest sufficere ab eodem, cum reus absolvitur ab observatione judicij, n. 10. Reperit permittitur, quoties prævaricatio probatus, & si definitur, quis absolutus sit? n. 11. Eam repetit propriam prosequens injuriam, & quæ ad id requirantur, usque ad n. 14.
Accusatio de eodem facto reperitur si ex eo plura delicta oriuntur, & super alio ad judicium reus trahatur, quam de quo judicatum est; secus si unum sit delictum et si qualitas aggravans fuerit in priori accusatione omissa, ibid. n. 83.
Actio furti pro re minima non datur, lib. 1. 3. 76.
Neque de dolo, ibid. n. 87.
Sine actione in judicio nullus auditur, lib. 1. 6. 6.
Actio personalis non transit ad successorem singularem, lib. 1. 8. 3.
Redhibitoria competit, cum res emptæ non placet, Faria ad Covarruvias.

lib. 1. c. 9. n. 2.
Personalis an præscribatur cum mala fide debitoris, ibid. num. 14.
Quæ actiones dentur pro legato, remissivè, ibid. n. 27.
Incipiunt ab adita hæreditate, ibid. n. 32.
Actio antequam nascatur, tempore perire non potest, ibid. num. 3.
Actio an quærat de jure communi alteri per alterum ex obligationibus, quæ re contrahuntur, lib. 1. 14. 7.
De jure Regio actio indistinctè alteri per alterum acquiritur, ibid. n. 9.
Requiritur tamen ad agendum, absque cessione rati habilitio, ibid. n. 43.
Actio absque cessione quando alteri per alterum quærat, remissivè, ibid. n. 49.
Actio in rem contrà non possidentem exerceri non potest, lib. 1. 16. 56.
Potest contrà detentatorem rei, ibid. n. 57.
Actiones confessioniæ, & negatoriæ quibus dentur, ibid. num. 59.
Utrum competant pro aliis juribus præter servitutes, ibid.
Actio personalis non sequitur successorem singularem, lib. 2. c. 2. n. 11.
Actio realis rem comitatur quocumque vadat, lib. 2. 2. 4.
Redhibitoria quæ est, & pro quibus rebus concedatur, lib. 1. 3. 77.
Sine actione nemo in judicio auditur, n. 79.
Actio personalis datur ex l. 2. C. de resc. vend. n. 81.
Non transit in singularem successorem, n. 82. 83.
Nec datur singulari successori, n. 86.
Actio personalis absque cessione singulari successori non competit, etsi detur ratione rei in quam successit, n. 86.
Actio civilis quando criminali accusationi præjudicet, lib. 2. 10. 17.
Actio civilis injuriarum criminali præjudicat, & è contrà, n. 78.
Actionem per testatorem remitti vel jubere hæredi, ut remittat, idem est, lib. 2. 14. 25.
Actio personalis ad hæredes transit, lib. 2. 15. 3.
Actore non probante, qualiter reus sit absolvendus, lib. 1. c. 1. n. 28.
Actor, qui ad judicium trahitur invitus, reus potius censetur, lib. 1. 18. 21.
Actor forum rei sequi tenetur, ibid. n. 35.
Inter actus directè, vel indirectè ad mortem tendentes differentia, lib. 1. 2. 56.
Actum directè ad mortem propriam tendentem, nemo nisi ex Divina revelatione potest exercere, ibid. n. 58.
Actus in dubio præsumitur licitè gestus, lib. 1. 7. 70.
Simulatus juramento non confirmatur, ibid. n. 81.
Simulatus non creditur, nisi subsit causa simulandi, ibid. num. 84.
Actus non debet ultra, vel contrà agentis intentionem operari, lib. 1. 9. 47.
Actus natura non immutatur per dispositionem, quæ respicit exequutionem, lib. 1. 14. 51.
Ex actibus merè voluntariis non inducitur obligatio, lib. 1. 17. 40.
Fallit favore Ecclesiæ in oblationibus, ibid. n. 41.
Actus nullus ob gratiam alicujus, de ejusdem consensu potest subsistere, lib. 1. 20. 17.

INDEX.

Actus contra legis formam nullus est, ibid. n. 63.
 Ex actu, quem impugnat aliquis, commodum sentire non debet, lib. 2. c. 3. 80.
 Actus non est ultra intentionem agentium operaturus, lib. 2. c. 3. 4. & cap. 10. n. 48. ejusd. lib.
 Actus quilibet solemniter factus creditur, lib. 2. 13. 21.
 Actus, qui non valet, ut fit, quando ut valere potest, sustinetur, lib. 2. 16. 45.
 De actus cujusque natura censetur, quæ consueverunt in eo intervenire, lib. 2. 17. 81.
 Actus, qui gratis licite fit, ob pecuniam factus punibilis efficitur, lib. 2. 20. 103.
 Ab additione hereditatis juxta jus commune omnia, quæ in testamento disponuntur, pendunt, lib. 1. 15. 70.
 Administrator an exequutiue possit conveniri ante redditas rationes, lib. 2. c. 14. n. 13.
 Administrator quibus de causis domino teneatur, lib. 2. 14. 1.
 Si ei reliqua remittantur, debet, quæ penes se extant, restituere, num. 3.
 Administrationem alieni patrimonij habens potest sine speciali mandato restitutionem in integrum postulare, lib. 1. 6. 38.
 Administratio quæ à lege defertur, libera intelligitur, ibid. num. 59.
 Eam qui habet, de calumnia jurare valet, ibidem.
 Adoptivi non incurrunt pœnas ob patris delicta, lib. 2. 8. 52. Non sunt proprie filij, lib. 2. 8. 17.
 Adulter rotas peccat, quoties alienam uxorem cognoscit, secus fur rem furtivam contrectans, lib. 2. cap. 10. num. 108. & 109.
 Adultera quando nupta est, nequit accusari, si adulter absolvatur, lib. 2. 10. 4.
 Advocatis quando liceat, pro causarum patrocinio cavillationibus uti, lib. 1. 2. 1.
 Advocatus palinodiam canere non cogitur, lib. 1. 11. 30.
 Affectus in delictis quando puniatur, quamvis non sequatur effectus, lib. 1. 5. 30.
 Affinis admittitur in judicio sine mandato, lib. 1. 6. 39.
 Agens rei vindicatione an videatur fateri penes adversarium esse possessionem? lib. 1. 16. 50.
 Non videtur suæ possessioni renunciare, ibid. n. 57.
 Agere in judicio, nemo cogitur, lib. 1. 18. 3.
 Agens ex l. diffamari, quoad primam petitionem actor, quoad reliqua reus habetur, ibid. n. 17.
 Agens ex causa intestati non cogitur probare defunctum testamentum condidisse, lib. 2. c. 6. n. 27. & 31.
 Quid si fama sit, quod testatus decesserit, n. 32.
 Alienatio rei Ecclesiasticæ, non servatis juris solemnitatibus, ipso jure nulla est, lib. 1. 3. 50.
 Alienum, invito domino, retinere peccatum est, lib. 1. c. 2. n. 25.
 Alienare prohibitus contrahendo, nec delinquendo dominium transferre potest, lib. 2. 8. 98.
 Alienatio rerum Ecclesiasticæ absque juris solemnitatibus nulla est, lib. 2. 16. 2.
 Alienationis verbum quando locationem ad longum tempus comprehendat, n. 21.
 Alienatione prohibita constitui hypotheca non potest, num. 71. 73.
 Alienationis verbum dominij translationem importat, num. 72.
 Alienatio bonorum Ecclesiasticæ, quibus de causis permessa sit, n. 80. Quis ordo in ea servetur, n. 82.
 Alienare Reliquias sanctorum quando liceat, n. 32.
 Ad alienationem bonorum Ecclesiasticæ, quæ solemnitas desideretur, lib. 2. 17. 4. cum seqq.
 Assensus Pontificis omnes defectus solemnitatum supplet, si absolute præstetur, n. 16. 17.
 Solemnitates juris civilis non requiruntur, n. 18. Cum absque solemnitate licet bona Ecclesiasticæ alienari, n. 19. cum seqq.
 Autoritas superioris in hac alienatione quomodo adhi-

benda, & à quo præstanda, n. 30. 31.
 Ad validitatem alienationis bonorum Ecclesiasticæ concurrere debent causa, & solemnitas, n. 16 & 32. Defectus causæ irritat jure contractum etiam solemnem, n. 34. Quid si causa iusta falsò putabatur, n. 36.
 Alienatio si solemniter facta probetur, iusta causa intervenisse præsumitur, n. 16. & 37. Si solemnitas non intervenit, & causa creditur defecisse, n. 38.
 Alienatio rei Ecclesiasticæ pro ære alieno solvendo facta ut teneat, quæ sunt ab emptore probanda, n. 16. 39. & 40.
 Alimentorum diutina exhibitio quando probet numerationem dotis, lib. 1. 7. 106.
 Quanto tempore sint alimenta præstanda, ut dicatur diutina exhibitio, ibidem.
 Ambiguitas vitiat dispositionem, lib. 1. 13. 26.
 In ambiguis quod est verosimilius sequi debet, lib. 2. c. 18. num. 12.
 Amicitia vera similis est strictissimæ cognationi, lib. 1. 6. 41.
 Amicitia an licite deducatur in pactum mutui causa, lib. 1. 20. 39.
 Amicus in judicio sine mandato admittitur, quando est strictissimum amicitie vinculum, lib. 1. 6. 41.
 Amor patris, & filiorum maximus, lib. 1. 2. 93. cum seqq.
 Similiter mariti, & uxoris, ibid. n. 97.
 Eximium amoris paterni exemplum, ibidem.
 Ancillæ honestè viventes pro debito civile carceri subijci non possunt, lib. 2. c. 1. n. 14.
 Ancilla prægnans non plaris æstimatur, quam si vacuo ventre sit, lib. 1. 15. 13.
 Animæ suæ nullus est Dominus, lib. 2. c. 8. n. 12. 1.
 De annorum differentia, & quot diebus constet unusquisque, lib. 1. 12. 8.
 Annus olim apud Hispanos à quo incipiebat, ibid. n. 10.
 Anni Christi numerantur ab anno trigesimo octavo Eræ Cæsaris, ibid. n. 12.
 De anni computatione ad fructuum divisionem, ibidem num. 15.
 Antecedens qui vult, vult & consequens, quod necessario sequitur ex eo, lib. 1. 7. 37.
 Appellans per errorem à laudo in tempore non amittit jus petendi reductionem ad arbitrium boni viri etiam extra tempus, lib. 2. 12. 6.
 Appellare quando licet ab arbitrio eorum superior debet adiri, n. 17. licet, si sententia paratam executionem ex statuto habeat, vel si ita convenerit in compromisso, num. 18.
 Appellari an possit à sententia iudicis, qui de reductione ad arbitrium boni viri cognoscit? num. 31. cum seqq.
 Appellare semper permittum est, nisi jure veritum repariatur, num. 24. In dubio est appellatio deferendum, ibidem. Quibus casibus denegetur, remissivè, n. 25.
 Appellari num. queat à iudice, qui pro suo arbitrio iustus est iudicare, n. 27. cum seqq.
 Appellationis iudex juxta quas leges tenetur iudicare, num. 30.
 Appellatio uni ex litigantibus prohibita, & adversario censetur denegata, n. 36.
 Arbitri iudicis vicem gerit, lib. 1. c. 2. n. 30.
 Arbitri quamvis expriment, se non consentire sententiæ ejus, qui in minori quantitate condemnat, habet locum decisio. l. diem proferre. §. si plures. ff. de recept. arbit. ibid. num. 41.
 Si arbitri sint clericus, & laicus pro reductione ad boni viri arbitrium, superior clericus adeundus erit, lib. 1. 18. 32.
 Arbitrator potest juxta propriam conscientiam iudicare, lib. 1. 1. 24.
 Est quasi negotiorum gestor, ibid. n. 38.
 In arbitratoribus non procedit textus in d. §. si plures, lib. 1. 2. 37.
 Arbitria ad instar iudiciorum inventa, ibid. n. 30.
 Arbitrorum differentia, lib. 2. 12. 1.

Arbitri

INDEX.

Arbitri juris habent jurisdictionem à lege, ac ab illis ad Principem appellatur, eorum sententia actionem parit iudicari, ibid. 2.
 Ab arbitris compromissariis appellatur, nisi de jure Canonico, & quam vim eorum sententia obtineat, num. 3.
 Contra arbitratorum laudum reductio ad arbitrium boni viri postulatur, sed appellare non licet, n. 4. Remedium illud renunciatione tollitur, nisi dolus, aut enormis læsio intervenierit, n. 5. Intra quod tempus possit proponi, n. 6.
 Ab arbitris quando appellatio interponi possit, n. 12. cum seqq.
 Arbitratorum laudum de jure Hispano paratam executionem habet, n. 5. Sed ex eo damnatus infamis non efficitur n. 16.
 Arbitratoribus discordantibus, si tertius eligatur, non appellatur, sed petitur reductio, ibid. n. 34.
 Archiepiscopus de causis eorum, qui suffraganeis Episcopis subditi sunt, nisi media appellatione non valet cognoscere, ibid. n. 13.
 Argumentum ab absurdo vitando validum est in jure, lib. 2. 4. 73.
 Argumentum de feudo ad emphyteusum, & è contra non valet, lib. 2. 17. 51. & capit. 18. numer. 6. ejusdem libri.
 Argumentum à contrario sensu non procedit, cum resultat absonus intellectus in legis correctionem, lib. 1. 7. 52.
 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale non valet, si diversa ratio reperitur, lib. 1. 19. 80.
 Arma auferre existentia intra Ecclesiam Judex laicus an possit? lib. 2. c. 20. n. 22. 1. & 22. 2.
 Armorum usus regulariter est veritus, n. 223. 224.
 Arrhe in locum donationum propter nuptias successerunt, lib. 1. c. 8. n. 51.
 Arrhe de jure Regio ultra decimam bonorum mariti partem non debentur, lib. 2. 6. 38. Limitatur, ibid.
 Cui incumbat probare artharum excessum, vel sufficientiam bonorum n. 39. cum seqq.
 Artifices, ut architecti, vel fabri suscipientes, domum edificandam pro certa quantitate, non habent remedium l. 2. C. de resc. vendit. lib. 2. cap. 3. n. 4.
 Assassinus non gaudet Ecclesiastica immunitate, de quibus fusè agitur, lib. 2. 20. 28. cum seqq.
 Assassini qui fuerint, n. 104.
 Assassini quibus pœnis afficiantur, n. 113.
 Assassinus an sit qui infidelem occidit, n. 114.
 Assassini Clerici num. sint actualiter degradandi? numer. 115.
 In assecurationis contractu locus est remedio l. 2. C. de resc. vend. lib. 2. 3. n. 3.
 De Asylum Gentilium, remissivè, lib. 2. c. 20. n. 20.
 Asylum quis primus constituerit, n. 21.
 De Asylo à Romulo constituto, n. 22.
 Asylum apud Romanos, & servis commune erat, numer. 24.
 Asylo feris esse fertur, ibid.
 Auro, vel argento legato quid contineatur, lib. 1. cap. 13. num. 46.

B

Bannitus à quibus personis occidi non possit, lib. 2. 20. 110.
 Per Baptisma pœna delicti quoad forum externum non remittitur, lib. 2. 10. 24.
 Baptisma etiam peccatorum actualium culpam, & pœnam tollit, n. 25.
 Beneficiarius si solvendo non sit, ex fructibus beneficii creditoribus satisfacit, ei congrua sustentatione reservata, lib. 2. 1. 66.
 Beneficiarius an stare locationi antecessoris de bonis ad Beneficium spectantibus cogatur? lib. 2. 15. 100. cum seqq.
Nota ad Covarruviam.

seqq. Et utrum beneficiarius, qui locavit, vel ejus hæres ad interesse conductori teneatur? n. 105. Quid de pensionibus anticipatè solatis, n. 102.
 Beneficiarius non tenetur stare locationi antecessoris, et si nomine Ecclesiæ contraxisset, n. 115.
 In beneficiorum permutatione non est locus l. 2. C. de resc. vendit. lib. 1. c. 5. n. 11. & 60.
 Beneficiorum permutatio propria auctoritate facta est simoniaca, ibid. n. 16.
 De ea licite tractatus haberi potest ante assensum præstitum à prælato, ibid. n. 36.
 Requiritur consensus Episcopi, quamvis ad eum provisio non spectet, ibid. n. 38.
 Beneficij renunciatio, nisi in manibus Prælati, non tenet, ibid. n. 39.
 Quid sit beneficii renunciatio, ibid. n. 40.
 Beneficio renunciens antequam per Prælatum acceptetur, & possessionem, & proprietatem retinet, ibid. n. 41.
 Assensus uno contextu præstandus est, ibid.
 In permutatione beneficiorum pecunia intervenite, aut pensio constitui non potest, ibid. n. 62.
 Fallit, si auctoritate Pontificis fiat, ibid. n. 63.
 Beneficium Ecclesiasticum propter officium datur, lib. 1. 15. 58.
 In beneficii impetratione exprimendum est, an supplicans clericus sit, vel laicus, lib. 1. 20. 29.
 Quæ necessariò inferri debeant precibus ad beneficium impetrandum, remissivè, ibid. n. 64.
 In beneficii Curati impetratione hujus qualitatis mentio fieri debet, ibid. n. 67.
 Ad beneficii cuiuslibet impetrationem, valor ipsius declarandus est, ibid. n. 73.
 In expressione valoris beneficii falsitas vitiat gratiam, ibid. n. 74.
 Expressio majoris valoris non officit, ibid. n. 77.
 Valor beneficii, quod quis habet, an sit exprimendus, cum alterum petit, ibid. n. 87.
 Quotidianæ distributiones, nec quod pro anniversariis datur, ad valorem beneficii non computantur, ibid. num. 88.
 Beneficium precibus hæretici obtentum retineri etiam ab ignorante non potest, sed si sciens illud accepit, ad alia manet inhabilis, lib. 2. 8. 56.
 Beneficium Ecclesiasticum quando propter infamiam amittitur, n. 59.
 In beneficio Ecclesiastico præfertur, qui primus titulum adipiscitur, et si alius in possessione præcesserit, lib. 2. 19. 20.
 Blasphemia est crimen mixti fori, nisi hæreticalis sit, quæ ad forum Ecclesiasticum omnino pertinet, lib. 2. 10. 36.
 Blasphemias plures uno ira impetu proferens quot delicta, vel peccata committat, n. 93.
 Bona paraphernalia, quæ sint, lib. 1. 7. 22.
 Bona defuncti sunt pro legatis obligata, lib. 1. 9. 28.
 Bona clericorum in dubio præsumuntur intuitu Ecclesiæ quæ sita, lib. 1. 15. 1.
 Cujus bonis multò magis personæ parcendum, lib. 2. c. 10. n. 33.
 Bona non dicuntur, nisi quæ ære alieno deducto, supersunt, lib. 2. 2. 11.
 Bonorum mobillium, & immobillium appellatione jura, & actiones non continentur, numer. 19. Hæc tertiam bonorum speciem constituunt, ibid. Limitatur, numer. 20.
 Bona adventitia quando cedant fisco propter filij crimen lib. 2. 8. 96. cum seqq.
 Bonis mariti ob ejus delictum publicatis, uxori dimidia pars ex acquisitionibus, matrimonio constante, non auferatur, n. 108.
 Bona Clerici hæretici non ex beneficio quæ sita cui applicentur, lib. 2. 9. 130.
 Bona hæreticorum fisco Principis secularis cadit, n. 131.

Gg 2 Ampliatur